



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

PIAE LACRYMAE

QVIBVS

VIRI

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

**CASPARIS
LOESCHERI**

DOCTORIS ET PROFESSORIS
THEOLOGI PRIMARI

TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS
SENATVS ECCLESIASTICI REGIO-ELECTORALIS
ASSESSORIS

ET VITEBERGENSIVM ANTHISTITIS (3)
SVPREMI
ETC.

TVMVLVM

IPSO

EXEQVIARVM SOLENNIVM DIE

LARGISSIME CONSPERGERE
VOLVIT

HENRICVS GOTTLIEB SCHNEIDER, D.

VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.



Venit ad extremam, coelo indulgente,
senectam
LOESCHERVS, ³cujus terminat astra
decus.
Atque satur quamquam uitae, sua lumina
clausit,

Attamen haud paucos fregit amore sui.
Nam primo coetus, qui Christi sanguine partus,
Inter spinas mundi, ceu rosa terna, uiget,
Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas,
Pectore percusso, talia uoce refert.
Heu mihi, nulla datur multorum meta laborum,
Perpetuoque quatit saeua procella ratem?
Quo faciem uertam, qua, parcere, curis
Defessam, mentem, spe meliore licet?
Hi fidei foedus frangunt, et pristina sacra
Audaacter uiolant, religione noua.
Illi uerba DEI soluunt, furialibus ausis
Legeque sublata iussa parere negant.
Isti monstrum horrendum ingens cui lumen ad-
emptum,
Praefracte, ficta sub pietate, colunt.
Infuper apparent nantes in gurgite uasto
Rari, quos tangit cura, leuare ratem
Allisam infami scopulo, tenebrisque fugatis
Exurgente nouo sole, referre diem.
Siccine praesentem portendunt omnia mortem?
Siccine postremae prorsus egenus opis?

Handwritten mark

Henricus

Henricus

Henricus

Henricus

DOCTORI THEOLOGO

ET nunc LOESCHERVS moritur! Vox faucibus
haesit

Et mediam absorpsit continuus singultus. *Quae locustia?*

Quanto sum, pergit, spoliatus munere, quanto!

Quo nil utilius nobiliusue mihi.

Sint alii multi, dulci sermone diferti,

Faecundoque fluat magnus ab ore lepos.

Ille per ingenuas doctum caput efferat artes,

Atque suis famam spargat ubique libris.

Ilte sit instructus prudentis acumine mentis,

Libret et euentus speque metuque novos.

Omnia LOESCHERVS mirum! sic praestitit unus,

Vt major cunctis iure putandus erit.

Siue etenim gregi, diuini Numinis ora / *19* *19*

Panderet, et docto funderet eloquio.

Siue animi dotes scriptis mandaret acutis,

Siue aliis leges uoce manuque daret.

Siue piam uitam spiraret pectore toto,

Siueque proferret consilia in medium.

Nulli unquam cesit, nullique fuisse secundum,

Nominis aeterni fama decusque probant.

Erfurtum testor, TE testor, laudibus impar

O Cygnaea meis, TE, Viteberga, uoco.

Atque quibus saltem nomen descendit ad aures,

Aut qui uidistis, ora uerenda uiri.

At nunc effertur caput hoc, magnumque cadauer, *sic abijete.*

Et charum corpus contumulatur humo.

Jam quis suscipiet causam, quis quaeso salutem

Perferet ad Numen supplice uoce meam?

Quis me consilio firmans, docta arte docebit,

Quomodo Sirenum profugiam scopulos,

Difficiles hodie multorumque osibus albos,

Quos ibi naufragium saepe habuisse uides,

Dixit; et alto uoluens sub corde dolorem


In Christi merito spemque fidemque ponit. *locus.*

Leucoris insequitur, pullato firmate tecta

Subtristis, tunso pectore, multa gemens.

Et sicut constricta prius compagibus arētis
 Vnda fremens praeceps, qua data porta, ruit;
 Victa sic et, tandem lacrymarum murmure magno,
 Haecenus oppressos trudit ab ore sonos.
 Scilicet hoc reliquum! post tot mihi funera dira,
 Ut quoque LOESCHERVS mortis obiret onus.
 Qui primi fuerat nostri decus ordinis ingens
 Theiologus, summa dexteritate, bonus.
 Qui, quoties cathedram conscendit, pura docebat
 Dogmata Lutheri, dogmata pura DEI.
 Cujus ad exemplum veri fiducia creuit
 Fortiter, et purae religionis amor.
 Quo firmata fides, mediis caput extulit undis,
 Qui septemcipitem uertice uicit hydram.
 Quem DEVS ipse sibi summo conjunxit amore,
 Coeli depositum, delictumque meum.
 Ast, hoc orbato, deformi lumine mitto
 Jam merito fletus, roreque spargo genas.
 Jungimur, et lacrymas lacrymis cumulamur obortis,
 Quod lacrymis uere maxima causa subest.

(simul



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



PIAE LACRYMAE

QVIBVS

VIRI

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

CASPARIS
LOESCHERI

DOCTORIS ET PROFESSORIS
THEOLOGI PRIMARII

TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS
SENATVS ECCLESIASTICI REGIO-ELECTORALIS

ASSESSORIS
ET VITEBERGENSIVM ANTHISTITIS (3)
SVPREMI

ETC.

TVMVLVM

IPSO

EXEQVIARVM SOLENNIVM DIE

LARGISSIME CONSPERGERE
VOLVIT

HENRICVS GOTTLIEB SCHNEIDER, D.

